



**Praxis Beneficiarvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani  
Ivrivm Doct. Ac Comitis, Ivrisqve Pontificii Ordinarii  
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum  
Patroni**

**Rebuffi, Pierre  
Coloniae, 1610**

Proœmium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

# CONCORDATORVM REGNI FRANCIAE, CVM D. PE- TRI REBVFFI DE MONTEPESSV-

Iano Iurium Doctoris, ac comitis Inter-  
pretationibus incipit

PRO OE M I V M.

**F** RANCISCUS a Dei b gra-  
tia c

a Franciscus.) Hic rex

fuit huius nominis primus,  
bonarumque literarum pa-  
rens appellatus, abhorruitq; maximè hæ-  
refes, atque in hereticis grauissimè ani-  
maduertit, iustitiam denique coluit, ob id  
Deus optim. max. statum suum conserua-  
uit, ac omnia prosperè eidem succelle-  
runt, felicitas quippe secularium principi-  
um augeret, quando iustitiae administrâ-  
dæ dediti sunt, arg. ca. certum, ibi, felicitatis

augmento. 10. dist. ne longius exempla

petamus. scribit Petr. de Palude in 4. Sent.

in Francia quendam dum in agro suo fo-  
deret, inuenisse humanâ linguan loquen-  
tem. Interrogata cuiusnam esset, respon-  
dit fuisse linguan hominum pagani olim

iudicis, qui eo quod nunquam intentiam

protulerat iniquam, Deus reseruauerat

animam suam in illa lingua, quoisque ba-  
ptismum recipere, & fuit baptizata. & statim

in puluerem reducta. Refert Florent. in

2. parte summe in ut. 1. cap. xix. §. 17. rub. de in-  
justitia. ac Traianum lap. eti infidelis es-  
set, precibus B. Gregorij (quod iustitiam

tempore bell. vidua administrasset) vita

eterna donatum fuisse legimus, si eidem

Flore. in 1. parte chronice. s. viij. c. iij. §. fin. cre-  
datur. & Lucæ de Penna in 2. col. 3. C. de ex-  
ad. vib. lib. x. Praeteribone Zaleucum Lo-

renseim, qui postquam lege lata vtroque

oculo singulos puniri voluisset adulteros

(que hodie si vigeret infinitos redderet

monoculos) & eius filius in illam legem

incidisset, ne legis effectus abrogaretur, v-  
num oculum sibi, & alterum filio cruxre

iusfuit, re est apud Valerium li. 6. de iustitia \* v-  
bi etiam Charunda Tyrus cum legem,

quam tulerat non seruasset, se interemit.

Igitur cum rex noster Franciscus sit Za-  
leucus in ista iustitiae deditus, pro ipso debe-  
mus fundere preces, quod Deus eum in-  
columem præseruet, vt quietam sub eo &  
tranquillam vitam agamus in omni pietate  
& castitate. Hoc expreſſe tradit D. Paulus faciendum ad Tim. 2. c. m. pr. 1. & rex. in c.  
de hymnis. in fin. de confec. dist. 1. Et bonum &  
utile est, quod speciales orationes fierent  
pro regibus, & omnibus qui in sublimitate  
sunt, ut fuit statutum in synodo Nicena as-  
serente Specula. in tract. de modo generali conci-  
lii. rub. 6. quod solet in Francia fieri, & est  
utile etiam orantibus, quia quilibet orans  
pro rege Francie lucratur decem dies in-  
dulgentiarum, restat glor. in prag. facit in proce. Orans pro  
mio, in verbo, tuncatur, & I. de selva in tract. de rege Fran-  
cisco in 2. p. tric. q. 23. quos concessit Inno. cit. indul-  
4. referente B. Thoma in 4. sent. dist. 10. art. 3. in so-  
genitus lu-  
litione vlti. arg. & Clemens papa ad centum cratur.  
dies orantibus pro pace & salute regis am-  
pliavit si Ioan. Feraldo, in 3. priul regis Fran-  
cie assentire velimus, affirmanti se huius  
concessio[n]is vidisse diploma, quod bullâ  
vocat. imò etiam anno 1514. Leo X. ponti-  
fex id temporis maximus, vnum annum  
indulgentiarum prædictis concessit, testis  
est nobis Bened. in repet. c. Raynulfi in verbo  
si absq. 2. de pup. subft. nro. 44. de testa. & Helias  
archiepisc. Turo. in defensorio concord. in 4.  
ratione. Alia eiusdem regis præclara faci-  
nora, ne me suis auribus seruire homines  
arbitrentur, missa faciam, etiam quia per  
historiogr. tacta.

b Pei. ) Si hic velle (hoc quidem certe  
maxime affectare) de Deo scribere nun-

DD d

quam materia deficeret, verum enim uero quia theologorum est propriu, illis relinquo. Ego vero prosequar materiam iuri canonico conformem, & textui conuenientem: orabo tamen illi flexis/ut decet/genibus, vt ad laudem eius omnia mea dirigantur scripta, & ad legentium uilitatem, dicā quandoquidem cum psal. Da mihi intellectum, & scrabor legem tuā, ista concordata pro virili interpretando, sunt enim leges Galli hominibus datae mediate!

Gratia  
quomodo  
dis dica-  
tur.

c. Gratia.) Potest dicere rex istar D. Pauli. ad Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Et sex modis dicitur gratia, quos no. Ach. in e gratia i q. a. l. & d. c. l. a. de magi. post theologos. capit potest hic gratia pro domino Dei, vt alibi in nō paucis locis videri potest, vt finit Barb. in c. a. n. t. e. col. 5. & seq. de referri. Sed apud canonum professores communius gratia dicitur concessio iuris ad beneficia, vt afferunt Card. & Barb. in rubr. de commend. Pan. in c. a. col. 1. b. c. l. a. gratia de r. e. s. c. r. e. gratia illi in 6. Accipitur etiam aliquando pro indulgentia, quae delinquēti, datur, ut plenē dico in rubr. des graces & pardons. in ord. reg. hic posse plura de gratia dicere, sed pauca gratiora per multis arbitror, adiuncta est autem paruis gratia reb⁹, vt vulgo dici solet.

Francorum a Rex b. Medioli-  
ni Dux c. Astensis comes, ac Ge-  
nuæ dominus d.

Frāci qua-  
ne dicātur.

a. Francorum.) Franci eo dicuntur quia liberi: noluerunt enim subiici imperatori, vt mulis arguments probat dominus I-  
gneus p̄r̄es R. otho excellensimus intr. suo,  
an rex Francia recognoscat si periorum. Vel à Francione esse Guagino, & glo. prag. sanct. eo. verb. Varij super hoc variis vtuntur senten-  
tias: sed quia res est antiqua, super ipsa effari certo non possumus. \* & pauci reges sunt hominum, sed à rebus vocantur: vt rex Anglie, Sicilia, Castella, & Legionis, Portugalie, Sardiniae, Polonia, sed hic est rex Francorum, quia Francos regere non parua cura fuit, ideo ab illis sic denominatur. Notandum est tamen quod illa gens dicitur libera, cui lingua libera est. reij al-

Liberages  
qua dicā-  
tur.

berio magno lib. 15. de proprietate rerum, quem refert Bald. in cap. 1. col. 2. de his quae in manu-  
eau, finit Barb. conf. 60. & venter. n. 9. m. 1. v. 1.  
& certe in hac possessione multis ante annis fuit Gallicus maximus Parisiensis populus, sed hodie lingua eorum hercyn-  
pato, ideo virtus exercunt, & dicitur Gallici populo, lingua tuam herere faciam palato tuo. & r. i. s. & proper. de renunc. ne quic-  
quid in buccā venit proferas, & ne qui-  
dem aperte & simpliciter loquaris, quod  
satis durum viderit. Maximus Parisiensi-  
bus hominibus, quae dictio à nomine Gre-  
co parisia ducta videtur, r. a. i. s. & n. 1. enim di-  
citur loquendi libertas atq; increpandi si-  
dicia & ea securitas contraria assertio-  
ni quasi, n. s. h. i. s. id est, omnium collo-  
quium. Inde r. a. i. s. & n. 1. id est libere, in-  
genue & audacter loquor: vt solebat olim  
Parisiensis. & m. s. & persua Grecis est,  
id quod Parisiensis innatum esse videtur, at-  
que proprium, vt qui & apposue & bene  
loquuntur.

b. Rex.) Cuius appellatione per anto-  
nomiam venit rex Francie. & Adrianus, t-  
hi Carolus regem. 53. distinct. Bonifacius proem-  
io. Ioannes. col. 3. quia omnes alios reges ho-  
nore, magnificencia, & potentia longo an-  
teit interuallo, quod mihi perficie esset  
probare, si thronorum libros afferre cu-  
perem, sed cum haec sint omnibus magis  
notata quam domus propria, soli lucem non  
addam. Itē est super omnes reges. teste Bald.  
in 5. s. col. pen. p̄r̄ prohib. f. alie. per F. d. me-  
rito dicitur excellentissimus Dec. in c. nouit.  
in princip. de iud. & super omnes reges obi-  
net coronam libertatis & gloriae. r. f. a. u. e.  
Bald. conf. 218. peitta. col. 1. m. 3. v. 1. alibi non mi-  
nus scite quam verē, de illo scribit idem  
Bal. his verbis, contra regis Francie deco-  
rem nemo p̄fumat honorem. conf. 217.  
ego puto, in 3. volum. ab eo tamen tempore  
Deus opti. max. regis honorem, ac suum  
regnum multifariam multisq; virtutibus  
ac bonis auxit, adeo vt si eius magnificen-  
tiam plenē tractare vellem Iustiniano ma-  
iorem codicem implerem, cum tanta sit vt  
nulla maior, & yttinam Deo grata. & cum  
perimul-

permulta super his extente testimonia, eam  
nunc omitto.

Dux. Dicitur dux, qui in uestitus est  
de ducatu. *vit in rub. quis dicitur dux in fe. &*  
*in c. vno de feudo marchie. §. præterea ducatus de-*  
*prohib. feudi alic. per Fed. c. fundam. §. proin-*  
*de. in gl. marchio. de elect. in 6. Fuit enim Lu-*  
*douicus rex Francie xii. à Maximiliano*  
*Imp. uestitus de ducatu Mediolanensi*  
*pro se & hæredibus suis masculis, & in de-*  
*fectum masculorum domina Claudio*  
*ius filia, illiusque futurus sponsus, ac libe-*  
*ri, & descendentes eorum masculi his ver-*  
*bis sano ad hoc & maturo accedente Prin-*  
*cipum, Comitum, Baronum, & procerum*  
*nostrorum consilio, ex nostra certa sciecia,*  
*& de nostra Cælareæ potestatis plenitu-*  
*dine præminatum Ludouicum Fran-*  
*corum regem Christianissimum pro se, &*  
*hæredibus suis masculis ex suo corpore*  
*legitimè descendantibus, & in defectum*  
*masculorum pro illustrissima domina Clau-*  
*dia eius filia, eius; futuro sposo, ac libe-*  
*ri, & descendantibus eorum masculis, &*  
*ex ipso matrimonio & ex corpore dictæ*  
*domine Claudiæ legitimè procreandis, &*  
*si continget (quod Deus auertat) ipsam*  
*dominam Claudiæ incedere absque de-*  
*scendantibus masculis, & præfatum regem*  
*Francie alia, vel alias suscipere filias, pro*  
*illa quæ erit primogenita, vel pro alia quæ*  
*ipse rex ad ipsum Duxatum eliget, ac pro*  
*eo cui continget eam desponsari, & eo*  
*rum liberis masculis descendantibus, &*  
*eisdem descendantibus sine liberis pro hære-*  
*dibus, masculis præfati Francorum regis,*  
*& maximè pro domino Francisco duce*  
*Valesio & comite Engolismensi quantum*  
*addictum ducatum & statum Mediolani*  
*eius hærede, solenauerit & expresse inue-*  
*stiendum duximus, ac tenore presentium*  
*in uestitus, &c. vt ex instrumento in uesti-*  
*ture omnibus est notum, cum igitur fuerit*  
*in uestitus de hoc ducatu Mediolanensi*  
*dux iure vocatur. Dux etiam propriè di-*  
*citur à ducento, qui ducit exercitum. *I. du-**  
**c. de offic. mil. iudic. Lucas de penna in l. fi-**  
**col. 2. C de re milita. lib. 12. Iacob. in verbo dux, in**  
**tract. de feud. sed non hic. Poteſt etiam largi-**

quilibet princeps vel prælatus, siue rector,  
qui alios regit, dicitur vocari. *3. Reg. c. cap. & i-*  
*pse regnabit post me. illique præcipiam ut*  
*sit dux super Israel, & super Iudam.*

D. Dominus.) Largissimum est voca- *Dominus*  
bulum adaptari valens cuicunque homini quis dica-  
etiam modicam superioritatem habenti. *eur. & qua-*  
*Bal. in c. col. vlt. de positi. præla. liber homo. 2. in lis debet*  
*si. prin. ff. de verb. obli. l. x. x. annal. in suis, de li. esse.*  
*& posib. l. duo fratreſ. in ſi. ibi dominationem in-*  
*terponerat. de acqui. h. cred. maximè in Fran-*  
*cia: vbi ferēt omnes vocamus dominoſos, vul-*  
*go monſieur, & in Italia monſignore, & omnes*  
*muliſes dominas, niſi ſint nobiles, quia*  
*tunc domicellæ vocantur exceptis uxori-*bus* præſidentium, & doctorum, ac militū  
quæ dominæ vocari debent, niſi à maritiſ  
ſuis. *Bar. in l. donationes. C. de donat inter vir. &*  
*vxo. Et de iſto domino loquitur *Danie. u. ca.**  
Surget verò rex fortis & dominabitur po-  
testate inulta, in quo tres adiunt conditio-  
nes, de quibus *Gen. 27. esto dominus fratre*  
tuorum, & incuruerit ante te filij matris  
tuæ. Primo est in domino constantia, quæ  
notatur ibi effo, unde dominus debet ſtarre  
in bonis moribus, & ſirmus eſſe in via do-  
mini. *Ecclesiast. 5. cap. Esto firmus in via Do-*  
mini. Secundo debet clementia dulcedi-  
nem praſe habere: quod ostenditur ibi,  
fratrum tuorum, ſubditos enim tanquam  
fratres debet reputare: & eos benignè tra-  
ctare. *Ecclesiast. 32. cap. Rectorem te posuer-*  
unt, noli extolliri, effo in illis quæ vnuſ ex  
ipſis. *Deut. 17. in ſi. Nec eleuetur cor eius in*  
superbiā ſuper fratres ſuos. Tertiō in eo  
debet eſſe iuſtitiæ rigor. *l. i. dum dicitur:*  
incuruerit ante te filij nati tue, incuru-  
are enim debet illos per iuſtitiam, quos per clementiam nequit emendare. *Ecclesiast.*  
*33. ca. Iugum & lorum curuant collum du-*  
*rum. *Prepo. in ca. 1. 45. d. l. l. vide do. Cap. vi.**  
*in dec. Neapo. q. 27. in 8. dubio. vbi ſcribit quod*  
aliq[ui] poterit multis modis dominus ve-  
cari. *Alcia. in lib. 2. parer. c. 15. ſic ſcribit ex*  
*Palla. Graeco Poeta.**

Munera qui dederit, dominus fraterque vo-  
catur.  
Si quis nulla ferat, vix bene frater erit, hæc  
præcio mera verba graui venalia proſtant.

DDd 2

Ipse, sed ut dominus, sic nec ero dominus.] denuper, in l. nuper, ff. de leg. 3. c. nuper, debita.  
Nos vero dicimus arbitrio iudicis relin-  
quendum, quod tempus haec vocabula de-  
notent pertinere predicia. & non in l. lecta, ff. si  
cert, pet.

c *Anime*.) Hic Ioannes Dayma tradit  
materiam eleemosynæ orationum & ob-  
lationum pro defunctis, quæ theologis re-  
linquo, ut sorte mea contentus sim, ne mihi  
possit dici quod proverbio inoleuit, Ne  
sutor ultra crepidam.

d *Lateranen.* ) de hoc dicetur infra. *Concilium*  
proxi. in rub.

e *Concilium.* ) Quod supra Papam in  
tribus casibus afferunt, videlicet in casu Papæ  
hæresis, schismatis, & quando vniuersalis  
ecclesia patitur scandalum glo. si. m. c. si. Papa  
40. d. ff. & sic fuit declaratum in concil. Basili-  
rub. de colla. in princip. videlicet in his quæd  
fidem pertinent, ad schismatis extirpationem &  
reformationem ecclesiæ Dei in capite & in membris, ac in pertinentibus ad  
ea rubr. de autoritate sacro. concil. c. sacrosan-  
cta. & ibi est gl. plena in verbo obediens, in pro. &  
Bara. in cle. ne Romani de elect. in virisque par-  
templene disputat. Vide Panorm. in ea signifi-  
cat. num. 4. de elect. & in e. c. con. resistent. vol. 3. de  
iudic. & in e. proposuit. col. 3. de concil. prebend.  
Decium, confi. 15. Ias. confi. 95. volu. 4. & confi.  
98. Ibidem Trostum Maluitum in tract. de ob-  
latio. in 2. dubio. numer. 15. Brunel. in repet. ca. le-  
cer. fol. 22. cnum seq. de elect. & multa traditio  
Ioa. Dayma. de hoc dicitur Ecclesiast. 33. i. ve-  
rum sine iudicio nihil facias graue, sacra-  
num res est concilium, dico effectus concilij  
in auctoritate. habita. C. ne filius pro pate. In scha-  
lastico. priuileg.

f *Decretus.* ) Quot modis accipiatur,  
in quibus casib. interponatur, & quomo-  
do annuletur, dicam in tit. de concil. *Lucian.*  
*concilij infra*, ubi oportunius cadet.

g *Euocasset.* ) Id est, conuocasset, de e-  
uocatione aliqua scripsi & de supplicatio-  
ne (quam positionem erroris practici di-  
cunt) in interpreta. loquuntur in 2. m. a. ff. de  
re iudic. sed abunde in tract. de euoca. & supplica  
in ordi. seq. in 1. tomo. commenta.

h *Summas.* ) Id est, supereminentes. l. *Si mona-*  
*chorum*

*De saluta-* a *Salutem.* ) Vrbanius hic rex proce-  
-*tione prin-* dit quam Alex. Macedo, qui postquam pro-  
-*cipis.* ffligato Dario magnus est cognominatus,  
nulli, nisi Antipatro. & Photonio, literis de-  
disse salutem testantur historiographi, ac  
Demetrium præter se & Antigonum pa-  
trem regem, nec nominasse quenquam, nec  
salute donasse Nero quoq. Cæsar nedum  
salute, sed ne refutatione quidam aliquem  
impartiuit, & reges Numidicarum pro ma-  
iestate habent nulli mortalium impartiri  
osculum, nec salutem. teste Alexa. lib. 2. gene-  
-*rum*, c. 19. libere (quod ei bene verrat) in hoc  
potest maximè commendari Christianissi-  
mus rex noster Franciscus, qui sicut pri-  
mus est in nomine, ita & in salutatione,  
quam omnibus ferme exhibet, vt legatos  
sæpius cule ob id (aliis suis virtutibus nunc  
omisissis) in admiratione duxerit, Crassissi-  
star, qui insirmi etiâ ordinis singulos pro-  
priis nominibus refutauit. effectus salu-  
tationis scripsi. & in for. manda. in gl. salutem.

Dudum, iam b *Non prid. m.* Id est non longo tem-  
-*dudum, Pri-* pote effluxo, dudum & iandum de par-  
-*dem &* uo tempore vnum horæ aut duarum, alre-  
-*iampridē* riusve brevissimi temporis intelliguntur  
I. dudum. C. de contrah. enpr. c. dudum de elect. c.  
eum iandum de præb. nuper pridem, & iã-  
pridem de longiore tempore x. aut xx. die-  
rum, mensis, vel mensum, & nonnunquam  
annorum pro conditione in acriæ. teste Lau-  
ren. Vallati. 2. b. 24. de verbo iampridē loqui-  
tur text. in l. 1. C. de ed. Lat. o de pridem l. 1. C.  
si aduers. transal. & c. nisi cum pridem de renu.

universus fructus. quennad. v. f. amita. vel dicitur. summa quasi maxima. excellens. & suprema. quod nulla sit curia maior. nam Deus dicitur summus. quia eo nihil est maius. Virgil. summe Deum pro deorum dicit. & Cic. lib. 2. Tusc. quest. summum. quo nihil sit superius. multa tradit Bercho. in verbo summus. in suo dictio. vnde Papa dicitur summus pontifex. quia in eo est omnis summitas. & celstudo. cum non puri hominis. sed veri Dei vices gerat in terris. ca. quanto. de transla. episc. Card. in cle. si summus. col. 1. de sent. exc.

Priuilegia curiarum supremarum haec sunt. Primum. quia non ambigitur senatum ius facere posse. 1. non ambigitur. ff. delegit. quod intellige legem in eorum iurisdictione sive ressortu. generalem verò solus princeps. gloss. lib. 2. & lo. Fab. in §. sed & quod principi placuit. inst. de iure natura. & 1. si. C. de legib. & vidi aliquando ordinationes fieri per senatum. & ita debet intelligi opinio domini Boerii in tract. de preminentia. & auctoritate magni consilii. fol. 40. art. 2. & Purpur. in l. n. 52. ff. de officiis curiand. Et iuris. firmantes illam. 1. non ambigitur. esse correctam. quod verū intelligo. quo ad faciendā legē generale. sed non specialē. quā potest princeps tollere. quando videt ex causa tollendam. secundum eos.

Superna-  
toria in  
integrum  
restituunt.  
Secundum summa curia in integrum re-  
stituere potest. alii magistratus non 1. in-  
m. ff. de off. prefec. prae. in fin. & 1. prefec. li. de-  
m. l. 1. §. de qua. de postul. [quod est verum  
contra lētentiam inferiorum. sed inferior  
or magistratus non restituit contra sena-  
tus auctoritatem: v. ibi. Idem in deceptione  
minorū de iure: v. d. §. de qua. licet in Fran-  
cian non fiat restitutio sine literis: v. dico in  
tract. de rest. in ord. reg. n. 2. con. & impro. or.  
m. tom. nisi in Parlamento. quod etiam si-  
ne literis restituit. pribid scripti.]

Ab arte  
restitutur  
minor.  
Tertiū à sententia supremæ curiæ non  
restituitur minor. v. Anna. Bened. in rep. cap.  
R. syn. in verbo si. ab q. 2. de substituto. fi-  
dei. n. 50. de rest. quia non presumpitur læ-  
dere quemquam. sed restitui minorem. In  
hoc casu dixi in repe. 1. quod ius sit. nota. 2. n. 41.  
ff. de re iud. & hoc in forenzi iudicio serua-

tur. vt sepius in palatio audiui.  
Quarto non appellatur ab arresto illo-  
rum. credit enim princeps eos. qui ob  
singularem industriā explorata fide eorū  
& grauiate ad huius officii magnitudinē  
adhibentur. nō aliter iudicaturos esse pro  
sapientia ac luce dignitatis suæ. quam ipse  
forer iudicaturus. l. in aff. de off. prefec. prae.  
itatenet expresse Guido Papæ in dec. del-  
phi. q. 50. quia hec curia.

Quinto à sententia parlamentorū sap-  
plicari tantum potest. aut. quia suppliatio. non appel-  
l. C. de precib. imp. offer. quia eit valde exosa laur. sed  
parlamentis. tamen non obstante suppli- Supplica-  
tione arrestum potest immitti executioni. ur.  
si pars in cuius utilitatem est datu. p̄fili-  
terit cautionem de restituendo vel redu-  
cendo rei in pristinum. si opus fuerit. statu-  
tum. ita seruat filius curia parlamenti. te-  
ste Guid. Pap. vbi supra dicta. q. 50. sed hic non  
datur cautio. licet eius allegetur nullitas.  
vt vidi seruari in hoc senatu per nos. in c. scif-  
ciata. de in meg. rest. sed post appellatio. nem  
sententia iudicium non datur executioni.  
in aliquib. casib. quos cumulaui in tract. de  
sententia executione in ord. reg.

Sexto. rex non debet indicere bellum  
sine consilio senatus. qui senatus est consil-  
lium regis. in quo sunt multi sapientissimi  
viri. verbis vtor Bal. in c. qu. anno. col. 2. de iure  
sensu. & erat olim Romanis prohibitum. vt  
nunquam citra senatus. aut populi ius-  
sum. societates & confederatae inirent. teste Alex.  
l. b. s. genialium. c. 3. [Sed solebant reges olim Electus in  
omnia senatus consilio. & bene. agere. ma- senatu. cā-  
xiū in eligēdo cācellariū curie suffragia cāllarius.  
exigebantur. vt legi de magistro Petro d' & de cu-  
Orgemont p̄sidente qui in curia à sexvi-  
ginti fuit electus. tā consiliariis quā princi-  
pibus. qui licet potesta se excusauerit. suam  
allegās ignorātia. & alia. tamē rex proba-  
tum eum habuit. hoc in libro consilio inue-  
titur factum. anno 1373. sed quotusquisq.  
est nūc. qui se excuset. pauci. quos equus.  
&c. & anno 1400. die 12. Septemb. rex de-  
cem doctorum nomina misit ad curiam. Honore af-  
vt ex his doctiores & utiores eligerent. sc̄iendi  
sed pecunia hodie eligit viros.] Inno Tibe-  
sunt. sena-  
rius Caesar tanto honore afficiebat sena-  
tores.

DDd 3

Honore aucto-  
re, vt illis quoq; assurget, & de via de-  
cendi  
sane sena-  
tores.

cederet, & eos suos dominos vocare, sed  
senatorem dicere no[n] vereretur, ri est apud  
Sueo. in vita Tiberii: de venera eius ad sena.

Et legimus Caium Buturium ultimo  
sapplicio affectu a Romanis, quod tribu-  
no plebis de via no[n] decessisset in foro am-  
bulanti, rr. et auct. Plutarch. in Grach. refert  
Budeus. in lib. suff. ad lig. lul. m. & lege 12. tab.  
Ira cautum est, quocunq; senatus decre-  
uerit, agitato sicut imperator vocat se com-  
militonem. lib. suff. de reg. mil. maioris quippe se-  
natoris quam militis nomen esse nemo est  
qui dubitet, quia milites defensores sapi-  
tum esse decet, non dominos. lib. ab hostib. 2. C.  
de post illi recurso, sed senatores maximi domi-  
ni sunt: & lusitanus eos vocat colen-  
dissimos patres. in sub. conf. qua de dign. in  
fi. coll. 6. & Pompeo. Latus rub. de senat. tracl.  
de magist. Rom. eos dicir esse patronos, &  
defensores multitudinis & Reipu. patres.  
multa profecto prouincie & principatus  
in irruit cederent, nisi senatus consilio  
tuerentur. [& quodam consilio no[n] istorum,  
sed aliorum qui ditari, & non philosophari  
cupiunt res summe reguntur, dubitandū  
est ne non multum durent, vel cancerum  
more progradientur.] Et legitur in lib.  
conf. regem patuisse consilium a curia par-  
lamenti supra materia belli, & diebus plu-  
ribus curia fuit occupata cum aliis viris  
trium statutum, & hoc anno 1368. 10. De-  
cemb. sed hodie contemnuntur, & omnia  
peccatum erit grauissimum, multat. lib.  
lustris, illi t. I. In d. etiam sivideret expedi-  
re, maiorem imponere posset cum loco  
principis sit lib. 5. de qua autem ff. de post. Ne  
nimia indulgentia amplissimum ordinem  
inquiet. lib. ff. de colla. s. de reg. Script. in lib. ali-  
ud est frus. §. ff. de verb. signif.

Cause pa-  
rum Fran-  
cie in cu-  
ria supre-  
mata  
etiam. diligentia

Septimō, suprema tantum curia cognoscit de paribus Franciæ, & de eorum cau-  
sis etiam in prima instantia, vt in rubr. de  
causis par. um Franciæ in stylo parlamenti in 1.  
parte declaratur, & in ordin. regis, rubr. quel-  
les causes peiunt estre introductes en premiere  
instante a la cour de Parlament.

Octauo, cognoscit de abusu iudicū ec-  
clesiasticorum. Et aliis iudex non potest  
cognoscere, & in concord. in rubr. de proœctio  
concor. & hoc quatenus a iure cœceditur,  
vel ex priuilegio, & plenus dixi in ord. reg.

Non aliis et est rex. in c. si quis a proprio. &  
c. si quis episcopus. 21. q. 5. alio qui & is abusus  
multos deducet ad inferos, potest etiam a

### Proœmium.

iudicibus laicis ad senatum appellari tan-  
quam ab abusu, vt vidi anno 1534. die 13.  
Aprilis post Pascha appellari a commissione  
iudicis, & inhibitione parti facta, ne  
caperet fructus postquam obtinuerit sen-  
tentiam super possessorio. Et de abusu et  
iam vidi, curiam generali quatenus ma-  
teriam eorū concernit cognoscere incide-  
ter. Etia cameram criminalē, quā tourn-  
ellam vulgus vacat, quia pendente ap-  
pellatione in criminali ad ipsam index ec-  
clesiasticus processerat, & fuit dictum ab-  
usu ē iudicatum anno 1541. die 2. Iulii.

Non, potest curia suprema multam, Quam  
malitiam  
curiam  
quando non est taxata, vltra tres libras au-  
ri indicere, licet, aliae curiae non possint, lib.  
et eos. C. de modo multa. & potest dicta curia  
usque ad quinquaginta libras auri cum  
peccatum erit grauissimum, multat. lib.  
lustris, illi t. In d. etiam sivideret expedi-  
re, maiorem imponere posset cum loco  
principis sit lib. 5. de qua autem ff. de post. Ne  
nimia indulgentia amplissimum ordinem  
inquiet. lib. ff. de colla. s. de reg. Script. in lib. ali-  
ud est frus. §. ff. de verb. signif.

Decimo, ex causa curia suprema mul-  
tas pecuniarias, quas Galli emendas vo-  
cant, etiam per regias ordinationes taxas,  
diminuere, seu in totum (si videbit ex-  
pedire) remittere potest lib. illius. §. ff. de  
off. pref. facit lib. quid ergo. §. penit. gravator. & d.  
Bar. ff. de his qui non infra. & l. & si fener. Cod.  
illo t. ac gl. in omnes prima. C. de annos & tri-  
buit. lib. 10. Guid. Pap. decisi. 206. in hac Austra.  
dec. 27.4.

Vndeциmo, nullus extra principem &  
senatum potest prohibere aquam ex pu-  
blico duci. lib. quo minus. ff. de fluminib. & i.  
plene Bar. & I. ff.

Et senatus voluntates captatorias re-  
probavit. lib. captatorias ff. de hared. m. ff. Etre-  
stitutione indulxit. in lib. 5. de qua ff. de post.

Duodecimo, omnes dilationes potest  
ex causa abbreviare, etiam si per ordina-  
tiones terminus est et prefixus instar prin.  
Littera. epis. l. 2 ff. de iud. Imo. in c. ex ore. num. 8. de his & quas  
que si. à ma parte. ca.

Decimotertio, curia suprema regis li-  
teras verificare seu approbare no[n] debet, si po[sta] cau[sa]m

causam videat iustam in contrarium rem  
trahentem, & si quando de rescrip. & in ordi. re-  
gis. Phil. pulchri. art. u. rub. dixi, [in 2. tom. ecom-  
ment. in confit. reg.] unde ex noua causa vel  
antiqua, quam ignorabat dominus tempore  
mandati, potest impeditre locum re-  
nentem regis, vel alium, ne suo utatur of-  
ficio, quando est verisimile quod domini-  
nus, si esset praesens, esset id facturus, per  
text. seu. in l. si bonum. Sibi multa addidi. ff.  
mand. alibi dicam fuisse.

Decimoquarto, quia cognoscit de co-  
mitatibus, baroniis, & de vniuersitatibus  
etiam in i. instantia. Maut. de afflictis. in confit.  
Neap. rub. 39 fo. 104. & in stylo parlamenti in  
3. pars, rub. de qui caus. curia parlamenti  
cognoscere confusevit.

Decimoquinto, quamvis alii iudices  
adliringantur iudicare secundum alleg. &  
probata. l. i. iicitas. §. veritas. ff. de off. pro. cau.  
de off. ord. n. tamen curia parlam. ex bono &  
æquo iudicare solet, & secundum consci-  
entiam: & debet veritatem attendere, non  
subtilitatem, seu formalitatem, vt practici  
dicunt, aliter peccat. teste Bar. in l. Lyna. in f. C.  
ut que desunt aduoca. Guido Pape in dec. Delph.  
q. 29. in superiori. Vide Fel. in c. pastoralis. §. quia  
vero. de offic. deleg. Ias. in §. finimus. inst. de actio.  
c. dilect. rub. Panor. in de iudice.

Decimosexto, conspirans contra curia  
supremam vel contra aliquem senatorem  
crimine læse maiestatis tenetur, l. quis quis  
ibi. senorum etiam, nam ipsi pars corporis  
nostris sunt. C. ad leg. l. l. m. alibi dixi quo-  
modo intelligatur. Fact. l. i. ibi. Quo quis  
magistratus po. Ro. quive imperium po-  
testatem vne habeat occidatur. ff. adl. l. l. m.  
Qui dolo malo init consilium vt magis-  
tratus regis habens imperium vel po-  
tatem occidatur, læse maiest. tenetur. ex  
secundo capite.

Decimoseptimo, quando rex vult dele-  
gare causam curiae inferiori, ad quam cog-  
nitio iure ordinario non pertinebat, debet  
eam expressim committere, nec sufficeret  
in literis dicere mandamus, sed debet di-  
cere committimus. per glo. & not. in l. sepe ff.  
de offic. presid. secus in literis curiae parla-  
menti directis: ut in stylo parlami. in tertia par-

te. rub. de quibus caus. curia parlam. cognoscit.  
in fine.\* Et literæ directæ vniueris & sin-  
gulis iustitiariis, & verbis eorum utar, non  
comprehendunt curiam parlamenti, nisi  
quædam clausula specialis adflet, ut dicit  
Io. Gal. in quæ per arresta. q. 16. vidi pronuncia-  
ri. & cap. quia ea quæ notabilia sunt ut par-  
lamentum, nisi specialiter notentur, vi-  
dentur quasi neglecta. item apud. §. ait pre-  
tor ff. de iur.

Decimoctavo, in omni preicatione  
habende pro senatu est habenda oratio, & precatio,  
& hic mos à Romanis longo tempore ma-  
fit, teste Alex. lib. 5. gen. al. 2. 25. & bonum est et  
quod in hoc regno obseruaretur, & quod  
speciales preces pro senatu funderentur,  
[patitur. n. multa sepius p. iustitia tuenda.]

Decimono nono, quando recreditia be-  
neficii (quæ doctores ultramontani tenu-  
tiam vocant) adiudicatur alicui per supre-  
mam curiam: si non tenetur ad cautionem, sicut  
quando datur per alios inferiores magis-  
tratus, quia non est verisimile quod fecus  
super pleno possessorio iudicetur, nisi ex  
noua causa, arg. l. i. nice ff. de off. prefest. præ-  
siedi seruari in hoc senatu, vnde si tutor  
ex inquisitione datus fuerit à maioribus  
vero. de offic. deleg. Ias. in §. finimus. inst. de actio.  
c. dilect. rub. Panor. in de iudice.

Decimosectavo, consipratis contra curia  
supremam vel contra aliquem senatorem  
crimine læse maiestatis tenetur, l. quis quis  
ibi. senorum etiam, nam ipsi pars corporis  
nostris sunt. C. ad leg. l. l. m. alibi dixi quo-  
modo intelligatur. Fact. l. i. ibi. Quo quis  
magistratus po. Ro. quive imperium po-  
testatem vne habeat occidatur. ff. adl. l. l. m.  
Qui dolo malo init consilium vt magis-  
tratus regis habens imperium vel po-  
tatem occidatur, læse maiest. tenetur. ex  
secundo capite.

Decimoseptimo, quando rex vult dele-

Orationes  
habende  
pro senatu

Cautionem  
datur post  
recreden-  
tiam.

appellatio-

nic

sic fuit pronunciatum contra prepositum  
Pictauensem, anno 1537, die 5. Iulii, per hunc  
senatum, & in magna camera. arg. l. eos. C. de  
appel. vbi habetur iudices pronunciare de-  
bere bene vel male iudicatum, non habere  
appellacionem pro infecta, quia ista per-  
tinet ad principem, vel ad eius curiam su-  
premam gl. sing. in cle. iuza. de immunita. ecl.  
vbi aliqua addit. facit. verun. vbi Dec. ff. de reg.  
iur. Barb. in rep. ca. testimonium in 2. par. nu. 9. de  
test. Aufr. in filio. parla. arreftg. 120. Ita etiam  
privilegia conuenire sacro magno cons.  
ac dominis generalib. iustitiae non erit ab-  
sonum tenere, vt alibi de ipso plena manu scri-  
bi. Alia ne modum gl. excedat, dicā in ord. reg.  
vbi breuiter & cōmodē licebit (si deo pla-  
cuerit) videre. [Fuit etiā permisum cōfilia-  
riis attestationum (des enquestes) anno 1422.  
die 22. Ian. & hodie quilibet camera parla-  
menti hoc vtūtū iure, vide in artic. 12. & seg-  
r. sub. de app. in ord. reg vbi omnib. prohibetur,  
nisi curia supremis, & hoc ex causa, vt ibi  
dixi in 3. tom. comment. ad const. reg.

## Arreftum.

Curia su-  
prema non  
reputat  
causam in  
arrefto.

Conuerit  
appellatio-  
nem in op-  
positione.

Vigesimoprimo, quādo iudex recedit à  
iure, vt pote quia non condemnat viētū  
viatorū in expensis, vt iuris est l. propria dū.  
§. in autem ait xrrura. C. de iud. Si petitū fü-  
runt gl. in c. si. de res. in 6. tunc tenetur causā  
in sententia exprimere. §. oportet. in aut. de  
iud. col. 6. Bar. & Bal. in 1. Lucius. ff. de his qui no-  
m. infa. Et plen. in c. si. ut. colu. 8. de re iud. Curia  
tamen supremam non exprimit causam, sed  
tantū dicere solet & ex causa, & pour cause,  
quia ex plurib. vehementibus rationibus  
moueri solet, quas non posset breui expri-  
mēre præs.

Vigesimo secundo, potest senatus appella-  
tionem in oppositionem conuertere si  
ne literis regis: vt pote si fiat executio cō-  
tra me: ego me opponere debeo: si appelle-  
rem ad Seneschalū: non poterit idem: Se-  
neschallus illam appellationē in opposi-  
tionem conuertere. Ideo cū non valeat ap-  
pellatio, dicit malē appellatū, nisi literæ re-  
giae super hoc imprestatæ fuerint, quibus  
mandetur iudicūt hoc faciat. Sed senatus  
sic. vt statuit Carol. 7. & est in ord. reg. titu.  
quell. statut. &c. ar. 4. Jecondemnabit tamē  
appellantem in expensis: Ita vidi sepius in

hoc senatu iudicari. Iura adducerem, nū  
putarē tanti autoritatē senatus sufficere &  
rei demonstrata frustra adiicitur demon-  
stratio. l. i. ff. de dī. præleg. quia non potest  
iudex inferior cognoscere de appellatio-  
ne, nisi an sit bona nēcne. l. eos. C. ac ap. obid  
hoc non cognoscit, in senatu securus. [Et an-  
no 1509, die 2. Aug in causa Nicolai du Val  
appellantis à bailliuo Turonen. contra  
Catharinam viduam Ioannis Pertuis  
fuit præceptū factum d. bailliuo & omnib.  
iudicib. ne sine literis regis appellations  
in oppositiones conuerterant.]

Vigesimotertio, licet non sit exemplis  
iudicandum l. nemo. C. de sententia: tamen si  
a principe vel in parlamento fuerit iudica-  
tum in uno casu, curiae inferiores id sequi  
debent. Ang. in l. item veniū. §. ceterum §. de iudicatu  
petit. her. \* Familias agrum in si. ibi quod ex-  
emplum, & in cæteris lequi nos debere Me-  
nander rescript. ff. de milit. l. i. §. codem re-  
cto. de senatu. c. Sill. l. Nam imperator. de legib.  
apud Iul. in si. ad Treb. l. i. C. que si longe consu-  
l. non putabam ff. de cond. & demonst. script. in  
prem. ord. reg. creditid enim principes eos  
qui ob singularem industriam explorata  
eorum fide & grauitate ad huius officii  
magnitudinem adhibentur, non aliter iu-  
dicaturos esse pro sapientia ac luce digni-  
tatis sua, quam ipse foret iudicatus. l.  
p. na ff. de off. præfet. præt. Tamen arreftum de-  
bet esse simile, & super uno indiuiduo pro-  
latum, quod fieri vix potest: Ideo multa al-  
legantur arrefta, quæ non sunt ad illud in-  
diuiduum decidendum lata.

Vigesimoquarto, sola curia suprema & Cor. in  
uocat causam pendente in alia curia in-  
feriori, vt appellationem in ea pendente acca-  
iudicet, & quatenus illam concerneat: Se-  
natus in curia inferiori quæ nullo modo e-  
uocat: quamvis liber. in institutis foren. in  
pag. 68. dicat requiri diploma regis & lite-  
ras patentes. Centies tamen in forensi in-  
dicio solo verbo præsidis euocare audiui,  
et script. in interpret. quod in ist. not. 2. ff. dñe  
iud. & in tract. de euoca. in ord. reg. m. i. tom.  
commeno in const. reg.

Et putarem curiam supremam non posse  
euocare causam, quæ non tagerit appella-  
tionem

tionem ad eam emissam: alias secus. Nempe cui mandata est iurisdictio, omnia censentur mandata sine quibus. *l.2. ff. de iuris. omn. ind.* Ob id censetur ob excellentiam curiae ei concessum ut euocare possit causam tangentem appellationem in curia pendente, ut ab eis decidatur, etiam ratione incidentiae multa permittuntur, que alias non permitterentur. *l. quoties. C. de iudic. l. solemus. §. latrunculator. ff. eod. tit. pergerem* hoc pluribus probare, nisi hoc esset practicantibus notorium.

cumulationes, sed veras decisiones adducere.

Vigesimo septimo, quando appellatur *Curia si- ad curiam aliquam inferiorem etiam si ma- premam* iudicatum illa pronuntiet, non poterit *causam re- de consuetudine retinere causam contra. tincere po- c. vi debitus honor de app. Sed eam debet re- test.*

mittere ad illud auditorium, à quo emanauit: ut altius tamen cognoscat quām is qui male iudicauit, & sic non seruatur. *d. c. re debitus in curiis secularibus regni per § pri- num de fruol. appell. infra, vbi scripsi arre- stum sic fuisse latum.* Sed curia suprema causam retinere ex causa potest, siue pri- mus iudex male iudicauerit siue non: ut saepius vidi obseruari, quia sicut princeps hoc posset. *l. iudic. um soluitur ff. de iudic. c. vi nostrum de app.* Ita dici debet de curia suprema, per ea que superscripti.

Vigesimo octavo curia suprema sola po- test clausulam illam in sententia apponere *Clausulae sine nota* sine nota infamiae licet crimen de se infamiae à condamnari transigentes possunt, nuncupati scribit Maluer. in rub. de ind. §. Item sepe partes. Et sic fuit pars componentes con-demnata ad emendam, ut refert Auffre. in *curia ap- scriptum. Latud est frus. §. j. ff. de verb. signis fa- ponis solet.*

Vigesimo nono, quod licet pars appelle- lans acquiescat sententiae quo ad principale, potest tamen per viam supplicatio- nis curia decidere de his quae in supplici- tatione petiuntur causam ipsam tangentibus. *Etiam si quis sententiae acquiescat cuius cognoscit.* ita vidi iudicari an. 1541. die Augusti, quod non facerent iudices inferiores per not. in c. *ut debitus honor de app. Boer. in decisio. Burdeg. q. 257. sed quid.*

Trigesimo, literae senatus arresta & pre- cepta sine literis aliis squas de pareatis, vo- cant, & exequuntur: ut fuit dictum anno. 1381. secus in literis aliorum iudicium. §. eos in absentia de collat. q. dico. in tractat. de lite- *Magistris requijsito in ord. reg. in 2. tomo. [commenta in tuis inferio- res presen- tare debent*

Trigesimo primō, literae officiorum & magistratum maiorum debent presenta- *literas su- ri curiae supremae: & ibi magistratus prae- rum offi- ciorum cu- ac legitimē suum exercebunt officium, & rie, & in quod fideles erunt regi, & iura illius con- ea iuram- seruabunt & tuebuntur pro virili iura de- tum pre- scribit Franc. marc. in dec. Delph. q. 129. in 1. parte. star.*

EE

Transigere *Transigere* *partes non possunt si- ne curiae voluntate.* *Vigesimo quinto, quāvis partibus lite- coram inferioribus iudicibus pendente liceat transigere & componere. l. 1. §. inde queritur ff. de noui oper. nunc. l. fr. vii Flor. fami- c. v. l. & per votum. de transact. ff. & C. Tamē quando causa pender coram senatu non possunt partes componere, vel transigere, non adiecta hac clausula in transactione, videlicet cum beneplacito curiae: & ita ser- uatur in forensi iudicio: alias ad multam condamnari transigentes possunt, nuncupati scribit Maluer. in rub. de ind. §. Item sepe partes. Et sic fuit pars componentes con- demnata ad emendam, ut refert Auffre. in *filo parlamen. arresto. 13. Item not. & arrest. 57. & 58. [Quia ista clausula cum beneplacito curiae, non aliter nec alias, est conditiona- lis. Ias. in l. 2. col. pen. C. de iure emp. ob id nihil valebit, si non placeat curiae, & idem si di- catur de beneplacito Papae partes conue- niunt non aliter, & c. & non iudicatur si- monia, alioqui conuentio partium simo- niam induceret, [e. cum priden. ibi, non tan- nem nobis medianibus conuenerunt de paci]. c. que- stum, de rerum permut. & in c. ex parte j. de offi- deleg.]**

Bona & *Vigesimo sexto ex defectu & contumacia partis curia potest confiscare corpus & bona absentis, & absentein coniunctum reputare. Verām alij iudices exilio trade- re delinquentem possunt, & bona confi- scare, sed non corpus, hoc audiū in praxi seruari, imo quando lex dicit aliquid à so- lo principe concedendum, & à nullo alio, adhuc non excluditur senatus. recti. iuncta. gloss. in l. 1. §. permittitur ff. de aqua quoti. & a- flua. vbi alia similia citantur iura. non cu-*

\* Trigesimo secundo, iudices declarare leges pollunt, non vero extendere. *Si vero.* *S. de iure. f. sol. mai. & ibino.* tamen curia suprema extendere potest legem, vel ordinationem, & illa extensio necessaria erit, sicut lex. *res. l. 2. m. f. ibi, quod exemplum, & in ceteris sequi nos debet.* Menander rescriptis, *f. de milia.* & dixi *supra in praxi.* beneficis in illa quos effectus recripta habeat. *[In 2. tomo. commen. a. in constit. reg. m. u. quast. proem. tract. de rescriptis.]*

Renuncia-  
re arresto  
quis possit.

